Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



110

prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno. Ecce noua
facio omnia. l. b. pauli a.

Fr. Unusquisq propriam mercedem accipiet secun
dum suum laborem. Dei enim sumus adiutores: dei a
gricultura estis: dei edificatio estis. Secundum gratiam quo
data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui: alius
autem sup edificat. Unusquisq autem uideat quom super e
dificet. fundamentum enim aliud nemo potest ponere preter id
quod positum est: quod est xpc ihesus. Si quis autem sup edifi
cat supra fundamentum hoc aurum argentum lapides preciosos.
ligna fenum stipulam: unusciuiusq opus manifestum erit.
Dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur: et u
iusciuiusq opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus man
serit quod sup edificauit mercedem accipiet. Si cuius op
arserit detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic ta
men quasi p ignem. Apocalip. b. Johis a.

In diebus illis. Uenit angelus: et locutus est mecum dicens.
Uenite ostendam tibi sponsam uxorem agni. Et sustulit
me in spiritu in montem magnum et altum: et ostendit mihi
ciuitatem sanctam ierusalem descendentem de celo. ad habe
tem claritatem dei. Lumen eius simile lapidi preciosio: tanqm
lapidis iaspidis: et sicut chrystallum. Et habebat murum
magnum et altum: habens portas duodecim: et in portis angul
os xii: et nomina scripta. que sunt nomina xii tribuum filio
rum israhel. Ab oriente porte tres: ab aquilone porte tres: ab
austro porte tres: et ab occasu porte tres. Et murus ciuitatis
habens fundamenta xii: et in ipsis nomina xii apstolorum agni.
Et qui loquebatur mecum habebat mensura harundinem au
ream: ut metiretur ciuitatem. et portas eius. et murum. Et
ciuitas in quadro posita est: et longitudo eius tanta est. quan
ta et latitudo. Et mensus est ciuitatem de harundine: per